

1720.

1. Beyer, Christoph: *De origine et natura mal-judiciorum in iure naturali ejusque relectione*
2. Grawius, Wilhelmus Zacharias: *Dissertatio in leg. iur. gen. ad legem 29. Cod. de pactis.*
3. Et Gallardus, Th. Terren, Gochardus: *De contractu stipulatione
special corporis viventis.* 25 apnl 1720: 2746.
4. Gallard, Th. Terren Gochard: *Actus in quantum jure
naturali parentes obligantur ad hanc statum
liberis post abstum relinquendum.*
5. Falcknerus, Ab. Fridericus: *Ne co, quod justum
est, circa inquitum conoscentium*
6. Falcknerus, Georgius Christianus: *De Tullio Hostiliis.*
7. Hanovius, Mch. Christoph: *Innam dubiorum,
autem existentium aliquae essentiae iuris naturalis
motorum.*



1720

8. Heyland, Anton August: De valore pacti inter
creditorum et debitorum, vi cuius- creditor singularis
debitoris haeredes in solidum convenire
potest.

9, 10^a, b. Hoeckner, Joh. Fr. vs: De operarum in deliq.
ministrarum determinacione. 3. Sept. 1720. 1741

11. Hoffmanns, Christianus Godofredus: Collatio iuris
naturalis, Romani et Canonici circa doctrinam
de emphytibus.

12, 6, c Hoffmanns, Christianus Godofredus: De ratione
interpretandi leges imperii Romano-Germanic
publicas. 3 Sept. 1720, 1733 : 1750

13. Hoyerell, Daniel Fridericus: De mercatu
corporum humanorum

1724.

14. Hohmann, Dr. Ritter: *De usura ex iunctis*,
non tantum ob pactum et moram, sed et propter
moram contractus solven das sint?

deten.

1341

hans

an

e

ci

Pub. 20. num. 45. *Lc. 37.*

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
A D
LEGEM XXIX. CODICIS
DE PACTIS

QUAM
CONSENSU
MAGNIFICI JICTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI

PRO LICENTIA
SUMMOS
IN UTROQUE JURE HONORES

RITE CAPESSENDI
D. XV. AUGUSTI MDCCXX.

H. L. Q. C.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SISTET

WILHELMUS ZACHARIAS
CRAMER

LIPSIAE,
TYPIS IMMANUELIS TITII.



Diasertatio inimicorum Iudeorum

ad

Exegemus XXVII Codicis

DE ACTIS

in

conservanda

MAGNIFICENTIA DOMINI NOSTRI

IN ACADEMIA THYSIENSIS

1610

PRO LITERIS

SCIENTIAS

ARTIBUS

ET

THEOLOGIA

ET

PHYSICA

ET

ASTRONOMIA

ET

PHYSIOLOGIA

ET

PHYSICO-MATHEMATICA



L.29.C. de pactis.
Imp. Justinianus A. Joanni P. P.



I quis in conscriben-
do instrumento sese
confessus fuerit non
usurum fori præscri-
ptione, propter cin-
gulum militia sue,
vel dignitatis, vel
etiam sacerdotii pre-
rogativam, licet antea dubitabatur: si oportet
ret eandem scripturam tenere, & eum, qui hoc
pactus est, non debere adversus suam conven-
tionem

tionem venire: vel licentiam ei prestare, dis-
cedere quidem a scriptura, suo autem jure uti;
sancimus, nemini licere adversus pacta sua ve-
nire, & contrahentes decipere. Si enim ipso
pratoris edicto, pacta conventa, qua neque con-
tra leges, neque dolomalo inita sunt, omnimodo
observanda sunt, quare & in hac causa pacta
non valeant? cum alia sit regula juris antiqui,
omnes licentiam habere, his, qua pro se introdu-
cta sunt, renunciare: Omnes itaque iudices
nostrи hoc in litibus observent, & hujusmodi ob-
servatio, & ad pedaneos iudices, & ad com-
promissarios, & arbitros electos perveniat:
scituri, quod si neglexerint, etiam litem suam
facere intelligentur. Dat. Kal. Septemb. Con-
stant. post consulatum Lampadii & Orestis
VV. CC. 531.

CONSPÈ-

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

§. I.

Scopus legis.

§. II.

De foro militum. Quid denotet cingulum militiae?

§. III.

*Quod cingulo militibus in expeditione constitutis saltem usi
licuerit.*

§. IV.

Recensentur privilegia militum penes Romanos.

§. V.

*Milites Romani non nisi coram magistro militum con-
veniri poterant.*

§. VI.

Magistri militum quando constituti?

§. VII.

*Magistri militum in oriente & occidente, quomodo juris-
dictionem exercuerint?*

§. VIII.

*Differentia juris civilis & Saxonici ratione fori mi-
litum.*

§. IX.

*Quid discriminis ratione militum actione reali aut per-
sonali conventorum.*

A 3

§. X.

§. X.

*Quomodo procedendum, cum persone civili jurisdictioni
subjecte, una cum militibus delictis implicatae sunt?*

§. XI.

*Quid circa delicta ante militiam commissa, itemque pro-
cessus ante militiam cœptos observandum?*

§. XII.

De foro Dignitatis. Dignitas quid est quotuplex?

§. XIII.

*Illustrum, spectabilium, clarissimorum et perfectissimo-
rum dignitates explicantur.*

§. XIV.

*Quod forum habuerint in ipsis dignitatibus constituti, et
ad quos præcipue lex nostra pertineat?*

§. XV.

*Dignitatum in hodierno imperio Romano Germanico ra-
tio. Forum dignitatis quondam?*

§. XVI.

De foro ecclesiastico. Origo sacerdotii apud Christianos.

§. XVII.

Quinam jure canonico sacerdotes appellantur.

§. XVIII.

Origo fori ecclesiastici.

§. XIX.

Incrementa ejus in oriente.

§. XX.

Itemque in occidente.

§. XXI.

§. XXI.

Iustiniani circa forum ecclesiasticum leges quedam.

§. XXII.

Status jurisdictionis ecclesiastice, sub Imperatoribus Carolingis.

§. XXIII.

Quid circa jurisdictionem ecclesiasticam posterioribus Imperatoribus & principibus Germaniae juris fuerit?

§. XXIV.

Cause extensae adeo jurisdictionis ecclesiastice.

§. XXV.

De foro ecclesiastico Protestantium in Germania.

§. XXVI.

In specie in Saxonia.

§. XXVII.

In quo senatus ecclesiasticus differat a Consistorio in foro Saxonico?

§. XXVIII.

Discrimen inter forum ecclesiasticum Protestantium, ratione causarum eo pertinentium.

§. XXIX.

Recensentur cause in Saxonia ad forum ecclesiasticum spectantes.

§. XXX.

Item aliae.

§. XXXI.

Piae cause ad forum ecclesiasticum pertinent.

§. XXXII.

§. XXXII.

Quænam personæ ad forum ecclesiasticum spectent?

§. XXXIII.

Quomodo forum ecclesiasticum amittatur.

§. XXXIV.

An Superintendenti competit jurisdiction?

§. XXXV.

Status imperii evangelici ubi forum suum in causis ecclesiasticis habeant? an coram consistoriis suis?

§. XXXVI.

De renunciatione fori in genere.

§. XXXVII.

An clericis foro ecclesiastico renunciare liceat?

§. XXXVIII.

Prima ratio juris canonici expenditur.

§. XXXIX.

Secunda ratio.

§. XL.

Removentur objectiones, que contra facultatem renunciandi foro, moveri possunt.

§. XLI.

Duae regulæ observandæ circa jurium renunciationem.

§. XLII.

Explicantur judicium genera in lege expressa, & sanctio ejus penal.

DE

§. I.



Mperator hac lege constituit, *De foro militum.*
quod si vel miles, vel clericus,
vel alias quicunque dignitate *Scopus legis*
aliqua fulgens paclum inierit,
quod foro suo renuntiaverit, paclum illud apud omnes judices valere debeat. Ut igitur eo melius legem illam explicare possim, primo de foro militum, dignitatis, & clericorum agam, ut, quid ejusmodi renuntiatio operetur, clarius pateat.

§. II.

Sed cum in lege præmissa propter cingulum militia competere, præscriptio fori dicatur, ex antiquitate illud hic illustrare animus est. (a) Cingulum erat præcipuum insigne omnium magistratum, sine quo principem adire non licebat. In cingulo esse dicebantur, qui actu provincias administrabant, ad differentiam eorum, qui honorarium dignitatem obibant, qua cingulo carebat, *i.e. C. ut dignit. ord. serv.* Ille, cui magistratus adimebatur, cingulo etiam exuebatur. *Auth. inceſtas. de inc. nupt.* Militibus etiam cingulum erat nota, sine qua nemo militaribus dignus ordinibus censemebatur, & milites gladium illi insertum gestare solebant.

(a) PITTICI Lexicon rom. ant. t. 1. p. 432.

bant. Unde aliquando cingulum pro ipsa militia, & einctus pro milite usurpatur. In gravissimis & ignominiosissimis poenis militibus cingulum auferrebat, v.g. si miles de fide Christiana contra juris prohibitionem publicè turbis coadunatis disputasset MARCIANUS imperator in l. 4. C. de summa trinit. disposuit, ut cingulo spolietur.

§. III.

*Quod cingulo
militibus actu
militum inibus
falem usi li-
querit.*

Cingulum autem hoc tantum militibus actu militantibus, minime vero post missione gestare permisum fuisse, aperte testatur l. 2. C. ubi de ratiociniis, his verbis: Nemo post depositum cingulum sua privatæ vitæ redditus, ob negotium, quod militiæ causa ei est exortum, præstandi ratiocinii gratia ejus numeri, in quo militavit, vel quem ipse gessit, a quounque pulsatus, fori præscriptione utatur. Erat enim is mos penes Romanos, ut missione accepta cingulum depoñerent.

§. IV.

*Recessentur
privilegia mi-
litum penes
Romanos.*

Romanum imperium omnem suum splendorem ac incrementum fere militibus debuit. Quare imperatores milites tanto in pretio habuerunt, ut illos donis ac beneficiis certatim extollerent, variisque privilegiis ad gloria ardorem accenderent. Hinc tot militum privilegia, quæ adhuc in corpore juris civilis reperiuntur, quæ opera pretium est, hic excutere, antequam de eorum foro agam. Militibus, ne ob negligetas professiones, res eorum in commissum cadant, etiam si

etiam si non in castris & expeditionis actu versentur, cautum est. *l. 3. C. d. vedig.* Item licet ei, qui se indebitas pecunias soluisse prætendit, probatio incumbat, miles tamen ab hoc onere exemptus est, quod in adversarium transfert, qui, se legitime accepisse, probare debet *l. 25. §. 1. n. de prob.* Milites si condemnati fuerint, non ultra, quam facere possunt, tenentur, habita ratione, ne egeant *l. 6. §. 18. ff. de re judic.* Præterea milites excusandi a tutela, & ab aliis muneribus municipali- bus *l. 3. §. 1. D. de muneribus & honor.* Ad testimoni- um dicendum a signis suis avocari nequeunt, *l. 3. §. f. D. de test.* Oblæsionem in integrum restituuntur in expe- ditionibus occupati: *l. f. C. de refl. milit.* Si non de- fendantur absentes rei publicæ causa, possideri quidem bona eorum ex causa judicati possunt, non tamen pe- nitius creditoribus addici, qui, si ea distraxerint jure pi- gnoris, restituuntur milites persoluto debito, vel resti- tuto venditionis pretio *l. 4. §. 6. C. de refl. milit.* Juris ignorantia militibus non nocet, quoniam in armis ma- gis versati esse debent, quam in jure *l. 1. C. de jur. & facti ignorant.* Si temere adierint hæreditatem, non ultra tenentur, quam in bonis est, *l. f. pr. & §. f. C. de Jure de- lib.* In delictis milites Romani non subjiciebantur qua- stionibus, *l. 3. C. d. question.* etiam si jamdiu missi essent, *l. 5. C. de pen. & l. 1. f. de Veteranis.* Intuitu testamen- torum tam larga militibus testandi facultas permittitur, ut, solennitatibus, quas alii in testamentis observare te- nentur, supersedere possint. Imperator Trajanus enim permitit, ut quomodo vellent & possent, facerent

testamenta. Sufficit itaque nuda militum voluntas, *I. 1.*
D. de test. milit. In expeditione constituti militis ultima voluntas coram duobus testibus declarari poterat, *I. 40. ff. d. testam. mil.* si in p̄cilio versetur, sine teste h̄redem scribere licebat, dummodo ejus nomen distin-
 gue in clypeo, vel in pulvere expresserit; *I. 15. C. eod.* Ipsis etiam licet ex parte testatis, ex parte intestatis de-
 cedere, *I. §. 5. de hered. inst. I. 19. ff. d. testam. mil.*

§. V.

Milites Roma-
nii nonnif. co-
ram magistro
militum con-
veniri pote-
rant.

Inter privilegia militum haud postremum est, quod peculiare forum habeant. Non cogebantur milites Romani judicio civili aut criminali conventi, coram alio judice respondere, quam coram magistro militum, quod abunde testatur *I. 6. C. de jurisd. omn. judic.* sed ab ipso tamen ad alium judicem provocare licebat, *I. ult. C. de his, qui per met. jud. non appell.* Unde capti a pr̄side ad magistrum militum remittebantur, nisi per desertionem se indignos reddidissent, aut criminum enormium causa ventilaretur. *j. I. 3. ff. de re milit.* *I. 9. ff. d. custod. & exhib. reor.*

§. VI.

Magistri mi-
litum quando
constituti.

A quo magistri militum constituti primum fuerint, res est incomperata. Certe post Alexandrum demum illam dignitatem introductam fuisse constat. Initio ipsis non competitas potestas milites ordinandi & coercendi, sed pr̄fecti pratorio illam exercebant. Constantinus M. vero pr̄fectis eam ademit, & remanit illis saltem potestas in provinciales. E contrario ju-
 risdi-

risditio in milites magistris militum data, quorum duos
constituit, unum peditum, alterum equitum. (a)

§. VII.

In occidente manserunt duo magistri militum, *Magistri militum in oriente & occidente*
alter peditum, alter equitum. In oriente autem postea
constituti sunt. (b) Cum vero illi magistri nimium te, *quomodo*
militaribus negotiis obriuerentur, ad alios magistros & *jurisdictionem*
duces limitaneos, aliquem ex suis apparitoribus mitte-
bant, qui emissâ mandata executioni dari curabant. Hos
Græci apocrifarios vocabant, atque illi quoque habebant
suos adjutores & exceptores. Theodosius & Hono-
rius imperatores, omnes milites saltem coram magistro
militum, tam in civilibus, quam in criminalibus respondere
jussit, *l. i. & 2. C. de offic. mag. milit.* Magistris mi-
litum successerunt, qui hodie generales exercitus nun-
cupantur.

§. VIII.

Sed cum jam legum Romanarum nullus alias *Differencia*
utus sit in Germania, quam leges imperii, aut territo- *juris Civilis*
riales illis relinquant, videndum est, quid hodie apud nos *& Saxonici*
circa forum militum obtineat. Et quidem in specie, *militum ex-*
plicatur. Quid
si juris Saxonici El. circa militum forum rationem ha- *ex mandato*
beamus, diversimode illud de iis disposuit. Mandatum *electoralis d.*
electorale an. 1718. d. 22. Dec. 1719. d. 20. Febr. editum, quod *1718. & 1719.*
agit de militum foro, distinguit primo inter praefectos *circa militiae*
primi ordinis honeste dimissos, & inter praefectos ob- *praefectos ob-*
ferioris ordinis honeste, vel cum infamia dimissos. Se- *servandum?*

B 3

cundum

(a) ZOSIMUS *I. 2.*(b) PANGIROLLUS *ad not. dignit. imperii c. 30. & 31.*

cundum tenorem §. I. d. *Mandati* omnes officiales primi ordinis honeste missi, calrensis aut provincialis militia, cum suis uxoribus & liberis, quamdui penes parentes conimorantur, nec civilia negotia exercent, in omnibus rebus, quæ concernunt debita, aut cambia, sive hæreditates, & similia, aut etiam delicta leviora, coram præfectis, vel magistratibus commissionis modo conveniri possunt. Eximuntur in f. §. I. d. *Mand.* causas, qui ad renovatum mandatum duelli pertinent, de quibus saltem judicio generali militum cognoscere licet. Secundo §. 5. eximuntur officialium primi ordinis, vel eorum uxorum & liberorum delicta graviora, quæ vel poena corporis afflictiva, vel infamia coercenda sunt, quæ etiam judicij militaris cognitioni relicta sunt. Sed officiales inferioris conditionis, licet stipendia, tanquam expectantes, accipiunt, sicuti & milites honeste dimissi, subjecti sunt jurisdictioni magistratus illius loci, ubi degunt: idem etiam observatur in servis dimissis officialium primi ordinis, & officialibus primi ordinis cum infamia missis, uti testatur §. 8. d. *Mand.*

§. IX.

Quid discriminis ratione militum actione reali aus personali conventorum. Secundo distinguitur in d. *Mand.* §. 9. inter milites militum numero adhuc adscriptos, & quoad personalia conventos, & inter milites, quoad realia conventos. Quantum ad illos, qui quoad personalia conventi sunt, v. g. ex cambio, vel ex alio contractu, ad forum militare trahendi sunt: ad milites huc non referuntur saltem officiales primi & secundi ordinis, sed etiam eorum

eorum uxores, (a) & liberi, sicuti & servi, exceptis vero illorum servorum uxoribus & liberis. Conventi vero quoad realia, v. gr. intuitu prædiorum, debent se magistratui civili, sub cuius jurisdictione illa bona sita sunt, sistere. Præcipue notatu dignum omnes illas personas, quæ dominos in castra non sequuntur, subesse jurisdictioni magistratus civilis, v. gr. colonos & venatores. (b)

§. X.

Si in delictis gravioribus etiam personæ civili *Quonodo præcidentum, cum persone civili jurisdictioni subiectæ, una cum militibus delicto implicata, sunt.* jurisdictioni subiectæ simul cum militibus sint implicatae, ad utrorumque superiores judices ab inferioribus re-latio est dirigenda, ut illi de super deliberent, & casu ur-gente judicium mixtum (c) constituant, ubi offendoris magistratus præsidis locum, & directorium actorum gerere debet, (uti præcipit Mand. Duelli §. 58. num. 4.) *sive offensa pars ipsa agat, aut ex officio procedatur.*

§. XI.

Denique delicta ante militiam commissa, & processus militum, antequam militia nomen darent, in foro (d) civili moti, ibi debent etiam finiri, licet illi per severent castra sequi, secundum regulam, ubi lis cepta, ibi est finienda.

§. XII.

Dignitas est prærogativa quædam præ aliis: & *De foro dignitatibus.*

(a) §. 9. Mand. Elect.

(b) §. 9. d. Mand.

(c) §. 7. d. Mand.

(d) §. 10. d. Mand.

Dignitas quid est vel realis, adjunctam habens potentiam aliquam & quotuplicem. administrationem, vel personalis, quæ cum, vel sine aliqua auctoritate, honoris causa a principe defertur, *arg. I. ult. C. de dignitat.* Noritiam dignitatum suppeditare hic animus non est, cum viri docti SELDENUS, (a) BECMANNUS, (b) MATTHÆUS, (c) aliisque opera hac diu defuncti sint: & in specie veteris Romani imperii dignitates GUIDO PANCIROLLUS doce explicaverit. (d)

§. XIII.

*Illustrium, spe-
cabilium, cla-
risimorum &
perfectissimo-
rum dignita-
tes explican-
tur.*

Fuerunt distinctæ magistratum dignitates, certique tituli quorum præcipue IV. celebrantur, illustres, spectabiles, clarissimi, & perfectissimi. Illustres erant in oriente præfectorus prætorio orientis, & Illyrici, quæstores sacri palatii, præfecti urbis, magistri militum, comites sacrarum largitionum, & rerum privatarum; In occidentis imperio eadem erant illustrum dignitates, quæ recensentur in notitia imperii, & insuper præfectorus Italiae, & præfectorus prætorio Galliarum. (e) Spectabiles autem censebantur omnes provinciarum duces, proconsules, vicarii urbis Romanæ, præfectorus augustalis, comes orientis, Africae, Britannie, Belgicæ, Phrygiae, Galatia, & alii, quorum mentio fit Nov. 7. Clarissimi (f) erant

(a) *In libr. de titulis honorum.*

(b) *In notitia dignitatum.*

(c) *In tractatu de nobilitate.*

(d) *In comment. ad notit. dignitatem utriusque imperii.*

(e) *Vid. CUJACIUS ad l. t. c. d. dignit. DUARENUS l. 2. disp. c. 1.*

(b) erant præsides & rectores provinciarum & corretores Apuliae vel Calabriae, præfectorus annonæ, præfectorus vigilum, & prætores. Perfectissimus dignitas clarissimi dignitati proxima, plerunque tribuebatur iis, qui minimas provincias regebant. (c) Ut erat præses Dalmatiae, Arabiae, magister census, primicerius scriiorum. Probe tamen hic observatum ab Alciato (d) has dignitates non tam stricte fuisse accessiones officii, sed princeps nonnunquam, ubi aliquis officium accepferat, secundum viri merita, & ante gestos honores, dignitatemi largitos fuisse.

§. XIV.

Illustris dignitate gaudentes, in causis civilibus & criminalibus a nullo, nisi a principe judicabantur. (e) Clarissimi autem in causis civilibus & criminalibus contibus confituntur coram judicibus ordinariis, atque ab iis etiam condemnatio executioni mandabatur. (f) Ex nostra pertinibus appetat, legem nostram præcipue respicere ad neat? dignitatem illustrium.

§. XV.

Hodie illi tituli aboliti sunt, aut plane abusu corrupi. Substitutæ vero alia dignitates, potestate, & formæ officii vetustis fere similes. Sic in imperio Romano Germanico ducum, marchionum, landgraviorum, Forum dignitatis quo-

C

comitum

(b) Vid. Amplissimi Domini D. BAUDISII *dissent.* de *situo clarissimi* &c.

(c) PEREZ *Com. ad C. n. 6.* ibid. *tit. d. dign.*

(d) *L. III. dispuñt. C. IV.*

(e) *I. f. C. ubi Senat. I. Clariss.*

(f) *I. I. & 2. C. ubi Senator I. Clariss.*

comitum palatinorum, burggraviorum, comitum, baronum, & equitum dignitates fulgent: Quæ vel feudis imperii inhærent; vel personis tantum ab imperatore tributæ sunt. Status imperii ergo dignitate aliqua reali gaudentes forum suum coram tribunalibus imperii habent; Quibus titulus saltem collatus est, subjecti iudiciis Dominorum territorii sunt, unde & in capitulatione Josephina hæc verba leguntur: (a) Sol auch eines oder andern unter Churfürsten und Ständen des Reichs gesessenen und begüterten, höhern Standes Erhebung, dem Juri territoriali nicht nachtheilig seyn, und in solchem Lande gelegene Güther unter voriger Landes Fürstlicher Jurisdiction verbleiben. Quibus similia sere leguntur in capitulatione augustissimi imperatoris Caroli VI. (b)

§. XVI.

*De foro ecclastico.
Origo sacerdotii apud
christianos.*

Non alienum erit a meo instituto, antequam de sacerdotum privilegio dicam, vocis in christiana religione originem examinare. In prioribus ecclesiæ temporibus, nullum peculiaris sacerdotii vestigium occurrat. Etsi enim apostoli pasim in scripturis suis sacerdotum regium omnibus vindicent fidelibus, mystica tamen id ratione sit, nec proprie sic dictum, aut exterum sacerdotium agnoscunt, (c) sed in ardenterisimis precibus christianorum illud ponunt. Premebatur his temporibus christianorum pietas paganorum crudeliter.

(a) *Vid. art. XLIII.*

(b) *Vid. Art. XXII.*

(c) *PFAFFIUS d. originibus juris ecclesiastici p. m.*

delitate, & ita de conservatione potius, quam de incrementis erant solliciti eorum presbyteri. Cum vero sec. IV. Constantinus cum religione christiana amplecti cœpisset episcopos, hi sacerdotium imperio opponere, & sibi arbitrium circa sacra, quod sacerdotibus in veteri testamento datum erat, vindicare cœperunt. Nihil magis ab hoc tempore actum est, quam ut sacerdotum dignitas, excellentia & independentia publicis scriptis inculcaretur. Extanta exemplorum & testimoniorum farragine liceat unicum afferre exemplum Ambrosii qui a Valentiniano jussus basilicam Auxentio Arriano & ejus affectis tradere, præfracte id recusavit, & inde tandem vi extractus est. (a) *Videamus, quibus ipse verbis illinere facto suo colorem voluerit.* Allegatur, inquit, *imperator omnia licere, ipsius esse universa, respondere: noli te gravare, imperator, ut putes, te in ea, que divina sunt, imperiale aliquod jus habere, noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus: Scriptum est; que Dei, Deo, que cœsar, cœsari.* Ad imperatorem palatia, ad sacerdotem ecclesie pertinent; publicorum tibi munium jus concessum, non sacrorum. Adeo jus sacerdotii Ambrosius evexit, ut ne quidem tem-
 (b) anno 494. ad constantinopolitanum imperatorem plorum jus imperatori concedere velit. Gelasius scripsit: *Duo sunt quippe: imperator auguste, quibus hic mundus principaliter regitur, auctoritas sacra pontificum, & sacerdotalis potestas.* In quibus tanto gra-

C 2

vius

(a) *Factum referit epistola 33. ad Marcellinam sororem,*(b) *Vid. can. 10. dist. 96.*

vius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in Divino sunt reddituri examine rationem. Hac independentia sacerdotii stabilita, transactum quodammodo cum imperantibus de potestate suprema civili & sacra, & hunc in finem cogitatum est de concordia sacerdotii & imperii, & de finibus utriusque regundis. Cum Constantinus negotiis ecclesiasticis se immisceret. (a) Osius Cordubensis episcopus eum ita admonuit: *Tibi Deus imperium commisit, nobis, quæ sunt ecclesie, concredidit.* Et quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi Divinae, ita & tu cave, ne, quæ sunt ecclesie, ad te trahens magno criminis obnoxius fias. Date scriptum est, quæ sunt cæsar, cæsari, & quæ Dei, Deo. Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere, neque tu sacrorum potestatem habes imperator. Immo ut eo majus pondus, sacerdotium affectatum haberet, non dubitarunt, illius potestatem civili præferre, quod aperte prodit CHRYSTOMUS Homil. 15. in Ep. 2. ad Cor. *Itse, inquit, autem principatus sacerdotii, civili tanto melior est, quanto terra cœlum.*

*Quinam jure
canonico sa-
cerdotes ap-
pellentur.*

§. XVII.

Proprie ex mente canonistarum sacerdos appellandus est (b) cui sacrificium, uti vocant, corporis & sanguinis Dominici in altari conficere permittitur.

(a) Sed

(a) *Apud ATHANASIUM in epistola ad solitariam vitam agentes, apud Celeberrimum Lublinerum juris eccl. l. 1. t. 3^o. §. 33.*

(b) *Vid. c. 1. vers. sacerdos dist. 21.*

(a) Sed de his solis, hoc loco sermo esse minime videtur, potius sacerdotes omnes clerici dicuntur, qui prædicant verbum divinum & administrant sacramenta.

§. XVIII.

Hæc de origine sacerdotii in ecclesia christiana; *Orig. fori eccl. christiani.*
quemadmodum vero jurisdictionem acquisiverint,
ZIEGLERUS erudite tradit. (b) Vivente salvatore nulla
talia in usu erant judicia, quæ jurisdictionem aliquam
ecclesiæ propriam præsupponerent. Christus enim ipse
testatus est, regnum suum non esse de hoc mundo, &
republicam ecclesiasticam negavit, & ipse etiam sub-
jectum se potestati civili professus est, dum tributum
solvit (c) & porro ad judicia secularia deductus, non
excepit, de fori incompetentiâ. (d) Exemplum hoc
magistri fecit Paulus. (e) Ipso hoc apostolorum tem-
pore & paulo post parciores fuerunt christiani in agi-
tandis litibus, & maxime dederunt operam, ne judicia
subirent, ita edocti a Christo. (f) Nec tamen id evi-
tari tam circumspete potuit semper, ut non existe-
rent subinde, qui judicio contendere maluerint, & for-
gentilium proterve adierint, id vero reprehendit Pau-

C 3 lus.

(a) *conf. Dominus BOEHMIERUS l.c. t. 24. §. 3.*

(b) *Vide differt. de jurisdict. & judic. episcop. quæ exstat in tractatu de episcopis l. 3. C. 30.*

(c) *Vid. Matth. XVII. v. 27.*

(d) *Vid. Job. XLIX. v. 11.*

(e) *Vid. Actor. XXV. v. 10. 11.*

(f) *Vid. Job. XIII. v. 34. Actor. IV. 32.*

lus. (a) Ex quo consilio orti sunt in ecclesia christiana arbitri, omni tamen jurisdictione destituti. Constitutis postea presbyteris & episcopis, hi maxime eligebantur a partibus arbitri. Atque sic sensim invaliduit, ut ab episcopo tantum ex fiducia peteretur, causa controversæ decisio: cui fœ non clericu tantum, sed laici etiam spōnte submittebant ac lubenter acquiescebant. Sed mox episcoporum a sanctitate pristina degenerantium vitia hanc etiam judicandi provinciam contaminarunt, de quibus jam sec. III. conqueritur Origenes. (b)

§. XIX.

*Incrementa
eius in oriente.*

Constantinus M. non solum ecclias liberaliter donavit, & episcopos ubique magno honore dignatus est, sed & jurisdicendi potestas ab illo collata fuit episcopis in quoscunque qui profanorum judicum cognitionem declinarent, constitutumque porro, ut quod episcopi judicassem, & robur & autoritatem sententiæ omnem haberet. (c) Ceterum Constantimum in fiducia, quam in episcoporum rectitudine ac bona fide posuerat, non raro spe excidisse, patet. (d) Postea Constantius an. 355. constituit, (e) ut episcopi coram episcopis

(a) *Vid. i. ep. ad Corinth. VI.*

(b) *Vid. tr. 31. & 31. ad MATTH. & CYPRIANUS lib. de baptismo.*

(c) *Vid. EUSEB. in vita Constant. L. VII. c. 27. SOZOM. l. 1. c. 9.*

(d) *Vid. Epiphanius heres. 70.*

(e) *Vid. l. 12. C. Theod. de Epiç.*

scopis convenienterentur, non tamen, ut Gothofredus docuit, in omnibus causis, vel certe, ut illud privilegium tum non extenderetur ultra presbyteros. Quamvis autem tum episcoporum causa, in synodis provincialibus ab aliis episcopis examinari ac decidi deberent, poterat tamen episcopus condemnatus a sententia synodali provocare ad judicium seculare, non obstante constitutione a Valentiniano an. 369. lata, (a) ad quam adversus Baronum disputat Gōdofredus. Insuper ea etate clericos non omni suisse exemptos jurisdictione seculari, patet ex ejusdem Valentiniani const. anno 370. lata. (b) Quia vero a Constantini M. imperio clericorum forum suum privilegiatum apud episcopos habuerunt, nec tamen propterea in criminalibus potissimum causis exempti prorsus fuerunt a judiciis secularibus, ne qua deinceps, quod fieri facile poterat, fieret confusio, inter ipsas causas distinctionem fieri oportuit, quam propterea edidit Gratianus imperator anno 376. (c) Causas civiles ab ecclesiasticis separando, & quānam sint ecclesiastica, definiendo. Anno 381. celebratum fuit Constantiopolis concilium oecumenicum II. in ejus canone VI. quatenus episcopi accusari possint, prolixe disponitur, varie distinguendo inter personam accusatoris, & inter judicium ipsum, ubi accusatio intentari debeat. Quæ tamen constitutio,

cum

(a) *Vid. l. 22. C. Theod. quorum appell. non recip.*(b) *Vid. l. 20. C. Theod. de Episc.*(c) *Vid. l. 23. C. d. Theod. Episcop.*

cum facta sit approbatione imperatoris, non poterat derogare potestati imperatoria, sed in gratiam imperatoris condebatur, ne imperatoris auditorium per episcoporum causas fastidium sentiret. Distinctiones causarum in pecuniarias, ecclesiasticas, & criminales, inculcat etiam constitutio Theodosii an. 385. lata. Anno 395. in Concilio Carthaginensi III. c. 9. quod refertur a GRATIANO, (a) dispositum fuit de clericis, qui relictis judiciis ecclesiasticis judiciis secularibus se submittebant, de cuius sensu variae sunt interpretationes. Non ita benignus fuit in occidente Honorius, qui anno 399. (b) ita constituit: *Quoties de religione agitur, episcopos convenit judicare, ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores, vel ad usum juris publici pertinent, legibus oportet judicari.* Etsi vero Honorius solas de religione causas episcopis decidendas reliquerit, tamen in constitutione a. 400. lata (c) tam firmas atque validas voluit esse episcoporum sententias, ut eas nulla arte infringere, nec ex aula sua suffragium sperare posset damnatus. Atque sic quantum detraxit potestati juris dicendi in causis promiscue aliis, tantum addidit roboris judicio de religione. Imo Honorius postea a. 408. (d) episcopis maxime concessit, & secundum largitionem Constantini etiam in aliis causis omni-

(a) *Vid. C. XI. qu. 1. c. 43.*

(b) *Vid. L. 1. C. Theod. de relig.*

(c) *Vid. l. 14. C. Theod. de episcop.*

(d) *Vid. l. 8. C. de episc. aud.*

omnibus possent arbitri eligi. Anno 416. in concilio milevitano 2. can. 19. constitutum est, ne clerici litigaturi in causis ecclesiasticis judices seculares adeant, aut tales ab imperatoribus sibi dari petant, (a) verba tamen mox sequentia perspicuum faciunt, potuisse imperatores a clericis imploratos episcopalia judicia constituere, in quibus de causis ecclesiasticis disceptatio fieret. Fati-gata interim fuerunt judicia episcopalia per compro-missia laicorum in causis civilibus, quæ declinare non au-debant episcopi tum temporis, et si maximas inde per-sentiscerent molestias. Extat insignis ea de re querela apud Augustinum (b) & alibi. Honorio imperatore anno 423. defuncto, Johannes quidam imperium occu-pans, privilegia ecclesiæ & personis ecclesiasticis data revocavit. Eo vero trucidato Valentinianus II. anno 425. privilegia ecclesiastica publicis edictis restituit. (c) Anno 451. in concilio chalcedonensi c. 9. decretum fuit, si quis clericus cum clero litem haberet, ne proprium episcopum desereret & ad secularia judicia excur-reter.

§. XX.

Sed in occidente multo adstrictior potestas judi-cibus episcopalibus concessa est. Quæ enim post con-cilium chalcedonense anno 452. a Valentiniano III. edi-ta fuit constitutio novella, non aliter admisit judicia il-la, ne quidem inter utrinque clericos, nisi utriusque &

D actoris

(a) *Vid. XI. qu. 1. c. 43.*

(b) *Vid. in Ps. 119.*

(c) *Vid. I. 47. C. Theod. de episcop.*

actoris & rei consensus & compromissum præcesserit, addita ratione, quod episcopi & presbyteri nullum habeant forum, neque de aliis causis cognoscere possent, nisi de illis, quæ religionem concernant. Non destiterunt tamen episcopi etiam in occidente suas dilatare simbrias, quanquam occultare id, & ne suspectæ essent magistratibus secularibus, verbis aliquantum dubiis involvere soliti fuerint. Ut videlicet factum in concilio andegavensi a. 453. & in Synodo bituricensi anno 454. In oriente Marcianus an. 456. utrumque forum, & ecclesiasticum, & civile patere voluit, si quis clericus rei partes sustineret, ita, ut electio & arbitrium esset penes actorem. (a) In occidentalî vero ecclesia episcopi an. 465. in Synodo venetica can. 9. perrexerunt sua statuta aliis novis decretis firmare. In oriente Leo imperator antecessoris sui Marcianni constitutionem renovavit quodammodo & corrèxit. (b) In eunte seculo VI. renovata fuerunt decreta ab antecessoribus in Synodis andegavensi, bituricensi, & venetica facta & supra adducta. Justinianus primum an. 530. (c) prohibuit, ne clericus illico apud patriarcham dicecefeos conveniretur, sed primo apud episcopum suum, quod tamen expresse restrigit ad causas ecclesiasticas. Porro cum indecorum videretur, vel ut monachi ex cenobiis ad tribunalia cogerentur, vel ut judices seculares in monasteriis tribunalia erigerent; Justinianus anno 539.

(a) sta-

(a) *Vid. l. 13 C. de episc. aud.*

(b) *Vid. l. 13. C. de episc.*

(c) *Vid. l. 29. C. de episc. aud.*

(a) statuit, non debere monachos & moniales in jus vocari ad judicia secularia, sed adeundos esse episcopos, quæ tamen novella non extendi potest ad criminalia.

§. XXI.

Justinianus causas quoque pecuniarias clerico-*Justiniani*
rum ad forum ecclesiasticum remisit. (a) Quoad cri-*circa forum*
minalia vero disposuit, ut si delicta sint ecclesiastica,*ecclesiasticum*
episcopi desuper cognoscant, si vero communia, five
civilia, judicis secularis decisioni reliquit, degradatio-
ne antea ab episcopo subsecuta. (b) Simul atque vero
novella illa a Justiniano edita fuit, exeruerunt se mox aliae
difficultates, quas ut tolleret, Imperator anno 541. in
Nov. 123. c. 21. ea, qua ad judicia clericorum pertinent,
constituit, ita vero, ut pleraque in Nov. 83. proposita, re-
tineret. Ex qua simul apparet, quod pñne in omnibus
causis imperator judicibus secularibus suam in cle-
ricos confirmaverit jurisdictionem, ita, ut etiam a judi-
cio ecclesiastico secundam eis largiretur instantiam.

§. XXII.

Hic status fuit fori ecclesiastici sub auspiciis im-*Status iurisdi-*
peratorum orientis & occidentis, nunc vero illius sta-*cionis eccl-*
tus, cum imperium Romanum ad Germanos devolu-*ecclastica sub*
tum, rationem habeo. Ævo Caroli M. multo laxior, *imperatoribus*
ac potentior facta est conditio episcoporum, hic enim
debellatis Saxonibus, episcopis ibi constitutis amplissi-
mam concessit autoritatem, ut gentes illæ in officio

D 2

con-

(a) *Vid. Nov. 79.*(b) *Vid. Nov. 83.*(c) *Vid. eand. Nov.*

continerentur. Nec ullum fere omnino grave negotium agebatur, in quo non episcoporum confilio utebatur, qui tunc temporis præcipua aulae imperatoris munia obibant. Sed tamen ita non exemit clericos in imperio suo, ut nulla amplius laicis in eos competeat jurisdic^tio, quin reservavit potius, quo, si episcopi nollent, aut non possent causas sospire, licita adhuc eset aditio judicis secularis. Ita ut Missi regii ex utroque ordine, clericali & laico selecti, quotannis non in comitum tantum & judicum, sed & in episcoporum, abbatum, (a) & abbatisarum pravitates animadverterent. Ipsi etiam pontifices haud denegarunt de actionibus suis imperatoris, & missorum ejus judicium experiri, & sua negotia eorum decisioni submittere; testatur id fragmentum Leonis Papæ ad Ludovicum imperatorem. (b) Nunquam igitur Carolus M. aut ejus successores omni in clericos potestate, per judicia episcopis concessa, ita exuti, ut non licuisset subinde illorum potestatem circumscribere, si illi abusi fuerint concessa potestate. Ludovicus pius, licet ingenio esset nimium obnoxio clericis, nihilominus exercuit imperium in clericos ab initio, & contumaces autoritate sua ad officium rededit. (c)

§. XXIII.

Licer deinde clerici sub religionis obtentu, ut impera-

*Quid circa ju-
risdictionem
ecclesiasticam*

(a) *Vid. PETR. de MARCA de Concord. Sacerdot. & Imp. l. 4.
c. 7. §. 8.*

(b) *Quod exhibet c. nos si incompetente 41. cauf. 11. qu. 7.*

(c) *conf. SCHILTERUS de libertate eccl. germ. l. 2. c. 12.*

imperatoribus & Germaniaꝝ principibus omnia circa posterioribus
sacra jura extorquerent, omnes nervos intenderent, il: ^{imperatoribus}
lis tamen non ita feliciter cessit, ut totius Germaniaꝝ ^{& principibus}
Germaniaꝝ ja-
jus circa sacra sibi vindicare possent, quippe impera-
tores multa circa ea sibi reservaverant. (a) In quibus-
dam Germaniaꝝ provinciis limitata valde fuit pontifi-
cum circa sacra jurisdictione, dum clerici penitus in
omni causa, civili jurisdictione subjecti erant. (b) In-
ter alios ejusmodi principes incliti erant Marchiones
Austriæ, (c) quibus intuitu sacrorum independens ju-
dicandi facultas competebat, ut & Würtenbergici, (d)
Bavarici (e) duces Saxoniam. (f) Saxoniam Duces semper
jus circa sacra exercerunt vi superioritatis territorialis,
omniaque civium negotia, quæcunque fuerint, in foro
civili ventilata sunt, ut ita illi ingentem errorem com-
mittant, qui sibi persuadent, post instauratam a Luthero
religionem, in Germaniaꝝ principes potestatem circa sa-
cra demum translatam fuisse. (g)

§. XXIV.

Qui jam in causas jurisdictionis ecclesiastice adeo ^{Causæ exten-}
in immensum auctas, inquirit, inveniet præter privile- ^{se adeo juris-}
^{dictionis eccle-}
gia ^{sia} ^{sia} ^{sia} ^{sia}

- (a) *Vid. Consultissimi Dni REINHARDI meditationes de jure principum Germaniaꝝ, in primis Saxoniam, circa sacra ante tempora reformationis exercito p. 53. 54. 57.*
- (b) *Vid. c. 3. meditat. ejusd. aut.*
- (c) *Vid. ejusdem autor. meditat. p. 63. 66. 140. 255.*
- (d) *Vid. p. 120. ejusd. aut.*
- (e) *Vid. p. 43. 45. 176. ejusd. aut.*
- (f) *Vid. c. 2. 3. meditationum ejusd. conferatur celeberrimus Babme-
rus ad jus eccl. p. 738.*
- (g) *Vid. ejusdem autoris meditat. c. 2.*

gia ab imperatoribus concessa, plurimas dari alias, quæ in cumulum acceſſerunt toties affectatae exemptionis. Primo autem multum contulit ad eam, episcoporum ad dignitates seculares, & officia aulica promotio, & concessio integrorum territoriorum cuin eminentiore quadam potestate. Postea ampliora etiam facta ex eo, quod, sub spiritualis causa obtenu, suam esse, & debe re inter laicos cognitionem a se expediri statuerint. Porro etiam judiciis episcopalibus acceſſerunt incrementa ex eo, quod causas mixti fori esse statuerint, quodque has auxerint ſæpe ultra modum. (a) Nonnullas clericorum artes, quibus judicia eorum quoridie aucta, commemorarunt principes Germania in comitiis Norrigenibus an. 1522. exhibitis sub num. 9, 10, 11. & adhuc ANTONIUS MORNACIUS. (b) Quod vero valde pernicioſa fit omnimoda clericorum exemptio, jam dudum obſervarunt illi, qui de bene cōſtituenda Republica commentati sunt. Res periculi plena, vive re in civitate homines, non ſubjectos illius legibus, exemptos ab omni obligatione erga magistratum politi cum, unde nihil accidere aliud potest, quam ſumma rerum civilium perturbatio. Sic in Gallia aliquando forū ecclesiasticum diu ſolum eminuisse, & regiam contra neglectam fuiffe jurisdictionem, queritur Mornacius ad supradictam legem, conferri huc etiam mere tur CONRINGIUS, qui in dissertatione (c) plures rationes,

(a) Conf. capit. Caroli VI. 14.

(b) Vid. ad d. l. 8. C. de Episc. aud.

(c) Vid. diff. de judic. rēp. germ. §. 30, 31, 32, 33. C. 34.

tiones, de damno Reipublicæ Germanicæ ex institutis iudiciis sacrī orto, suppeditavit.

§. XXV.

In paragraphis prioribus egi de statu fori ecclesiastici, eo ex quo pontifices superstitione ac specie religionis pluribus gentibus jugum imposuerunt, nunc vero differentia fori ecclesiastici protestantium, praecipue Saxonici, a foro ecclesiastico pontificiorum rationem habere constitui. Beatus Lutherus, cum pontificiorum errores detexisset, jus quoque canonicum, quo varia monarchia papalis fundamenta continentur, abrogari optasest. Sed nihilominus ab electore Saxoniam, consilio (a) I Ctorum Saxonicorum Hieronymi Schurffii, & Henningii a Goeden magna illius pars in foro conservata, quod exemplum postea aliae Germaniae provincia imitata sunt. Ex principiis istius juris pululat opinio de jurisdictione ecclesiastica & seculari, quam nec juris divini esse, nec convenientem regulis bene ordinanda civitatis, supra ostendi. Sed, cum post reformationem in pace religiosa omnis jurisdictione ecclesiastica in protestantes suspenderetur, quod & post in instrumento pacis Westfalicae (b) repetitum, incepserunt status evangelici antiquo iterum jure uti, & causas ad forum episcopale antea deferri solitas, ad confitoria eum in finem constituta remittere.

§. XXVI.

(a) Conf. illustr. Dn. de SECKENDORFF, Historia Lutheranissimi p. 121.
STRUVII Historia Jur. Can. c. 7. §. 37.

(b) Vid. Art. s. §. 48. verb. diaeſamunt.

§. XXVI.

*In specie in
Saxonia.*

In Saxonia in specie causa ecclesiastica in consistoriis tractantur; sed quæ ad sublime jus sacrorum pertinent, ea elector sibi reservavit, judicanturque in senatu ecclesiastico **dem Kirchen-Rathē**. Primordio reformationis 4. consistoria in Saxonia stabilita, Wittebergense, Lipsiense, (a) Misnense, & Zwickaviense. (b) Ævo electoris Augusti vero duo illorum abrogata sunt, & Dresdense in eorum locum adjectum fuit Wittebergensi & Lipsiensi. Dresdense supremum nuncupatur, propterea, quod ei annexus sit senatus ecclesiasticus, uti patet ex *ord. eccles. elector. t. von heyden* Consist. speciali **vom Ober-Confistorio**. Aetate Christiani I. consistoriorum Misnense de novo erigebatur, solo senatu ecclesiastico Dresda remanente. Sed tamen elector Saxoniæ Christianus II. ad instantiam ordinum provincialium 1606. predictam sanctionem abrogavit, & illud consistoriorum iterum cum senatu ecclesiastico conjunxit. (c) Hodie adhuc tria vigent consistoria, Lipsiense in circulo Lipsiensi, Thuringico, & Voigtlandico, Wittebergense in circulo electoralı Saxonico, supremum Dresdense in circulo Misnico & Fribergico, his tribus adjiciendum consistoriorum capituli Wurzenis, (d) quod constituant curia capitularis (**Die Stifts-Regierung**) & superintendens.

§. XXVII.

(a) *Lipsiense simul exercet certa ratione jurisdictionem nomine Ducum Saxonie linea Albertina.*

(b) *Vid. CARPZ. Jurispr. eccles. L. I. def. 12.*

(c) *Vid. Dn. BAIERI addit. ad CARPZOVIJ Jurispr. l. 1. d. 12. n. 9.*

(d) *Vid. idem. BAIERUS ad eandem definit. n. 10.*

§. XXVII.

Discremen ingens intercedit inter senatum ecclesiasticum & consistorium, quæ diversitas non obscura est, si attendamus I.) Autoritatem, qua senatus ecclesiasticus præpollet; nam decreta ejus sub nomine ipsius Serenissimi electoris a præside, vel consilio politico subscripta promulgantur; nonnullis etiam ipsem Serenissimus elector propria manu subscribit; in consistorio vero consistoriales causas determinant. II.) Deinde intuitu tituli differentia quædam emergit, nam senatus ecclesiastici assessores titulo consiliariorum, consistorii vero assessorum titulo gaudent. Diversi utriusque collegii existunt actuarii, in senatu ecclesiastico Secretarius, in consistorio vero Protonotarius nuncupatur. A decretis consistorii ad serenissimum electorem provocare licet, (a) a rescriptis vero Serenissimi electoris & senatu ecclesiastico emissis appellare regulariter non licet, pro re nata vero aliquando conceditur, & tunc Serenissimo, vel Senatui supremo intimo competit cognitio (b). Causæ quoque utriusque collegii satis evidenter constituent differentiam: causæ enim spirituales seu ecclesiasticæ communes sunt duobus reliquis consistoriis, ut & consistorio supremo, quantum in circulo mischico & friburgico occurrunt;

E spe-

(a) Id erui potest ex ord. eccl. elect. T. vom Ober-Confistorio §.
Es soll aber doch ic. CARPOZOV. l. c. def. ead. conf. id. ad
Proc. I. 2. art. 2. n. 151. seq.

(b) Vid. Mandat. el. de a. 1702. d. 21. Martii editum quod exhibet Dr.
BEYERUS l. c. n. 16.

In quo Senatus ecclesiasticus in Saxonia differat & consistorio.

specialia jura vero episcopalia, quæ causas conscientiæ, convocationem Synodorum, academias, scholas, dispensationes, & vocationes Superintendentum concernunt, soli senatui ecclesiastico reservata. (a) Senatus ecclesiasticus in consistorio supremo causas ab inferioribus consistoriis avocare, illis mandare, eorumque acta & decreta corrigere valet, prout constat, (b).

§. XXVIII.

Discrimen inter forū ecclasticum et ecclasticum protestantium ratione causarum eo pertinētiā.

Jure canonico plures materias causis ecclesiasticis accensuerunt, quæ a protestantibus, ut causæ (c) civiles, in foro civili dirimuntur, uti exempli loco saltem adducam, I.) relaxationem juramentorum (d) hanc relaxationem hodie princeps sibi reservavit in Saxonia. (e) II.) causas sagarum & fortilegiorum, (f) quæ vero hodie a civili magistratu principaliter deciduntur. III.) causas mixti fori, ad quas referuntur miserabilium personarum causæ (g), & usurariæ pravitatis: (h) has hodie civiles magistratus regulariter dirimunt (i).

§. XXIX.

- (a) *Dn. BAIERUS l. c. def. 17. plura suppeditat, quæ Senatui ecclesiastico competant.*
- (b) *ex ord. eccl. el. sub tit. vom Ober. Consistorio.*
- (c) *Vid. celeberrimus BOEHMER R. de jur. eccl. prot. l. 2. t. 2. §. 29. 30. 31.*
- (d) *Vid. qu. 4. caus. XXII. C. si quis 19. c. venerabilem. 34. in fin. X. d. eccl. & el. pot.*
- (e) *Vid. Part. 2. C. el. 36. j. Ord. Cam. Part. 2. t. 24. R. I. d. A. 1645. §. 164. §. als sich dann. in f.*
- (f) *Vid. c. 26. qu. 5. c. auguriis. II.*
- (g) *Vid. c. 15. X. de foro competente.*
- (h) *Vid. t. X. de usiris. j. Policey-Ordin. A. 1577. t. 12. §. 8. CARPZ. Iurispr. Conf. l. 3. d. 2. t. 17.*
- (i) *Vid. CARPZ. d. l. & BOEHMER l. 2. t. 2. n. 33.*

§. XXIX.

Causæ, quæ in Saxonia ad forum ecclesiasticum Recensentur
pertinent, referuntur in ord. eccl. Sax. i. von beyden
Consistoriis Corp. Sax. p. 568. his verbis: Erstlich als
die Ehe-Sachen, wie sie Namen haben, welche durch spectantes.
caufæ in Saxo-
nia ad forum
ecclesiasticum
die Superintendenten, und jedes Orts Obrigkeit auf
die ihm zugestellte Ordnung nicht können verrichtet
und verglichen werden. II.) Alle ärgerliche Sün-
de und Easter an denen Lehrern und Zuhörern, wi-
der die erste und andere Tafel der Gebote Gottes,
allein, so viel die gradus admonitionum, und nicht
die weltliche Straffe belanget, wie solches in den
Synodis verordnet worden. III.) Alle Sachen des-
rer Pfarrer, Kirchen- und Schuldienner Vocation,
Amt, Dienst, Leben, Wandel, translation, di-
mission, suspension, Handelung und Verbrechen
belangend, auff Maas, wie bey den Synodis ver-
zeichnet. IV.) Alle Sachen, so die Kirchen, Schu-
len, Hospitalen und gemeiner Käfzen-Güter, Lehn,
Einkommen, Nutzung, Gebäude und Besserung,
darzu der Kirchen-Diener Besoldung betreffen.
V.) Der Küster oder anderer Meuterey, oder un-
ordentliche, ungebührliche Sachen wider die Pfar-
rer und Kirchen-Diener. VI.) Alles was in dem
Kirchen-Regiment gute Anordnung und Verbesserung
erfordert, soll alles auff die gegebene Maas
in den Consistoriis verrichtet werden.

E 2

§. XXX.

§. XXX.

Recensentur
causæ que-
dam, ad forum
ecclesiasticum
apud prote-
stantes spe-
ciantes.

Causæ vero matrimoniales, uti ex supra alle-
gata ordinat. patet, ad forum ecclesiasticum in Sa-
xonia spectant. Eodem modo proceditur intuitu
causarum quæ concernunt sponsalia, non solum, si
ratio habeatur validitatis, sed etiam, si de eorum
concurso & prærogativa litigetur (a). In causis stu-
pri quædam diversitas intercedit, quæ in eo consistit,
quod si agatur vel ad matrimonium, vel si causa de-
pendeat a matrimonio, tunc consistorium decer-
nat (b). Si vero infligenda sit poena, tunc judicis
secularis cognitioni id relinquitur, quia jure cano-
nico prohibita in judiciis ecclesiasticis criminalium
decisio (c). Causarum adulterii, & malitiosæ de-
fensionis, quatenus ad separationem quoad thorum
& mensam tendunt, cognitio competit consistorio,
quotenus vero ad pœnam, judex secularis adeun-
dus est.

§. XXXI.

*Quenam res
ad forum
ecclesiasticum
spectant.*

Causis ecclesiasticis accensentur quoque contro-
versiae circa res, ad ecclesiam spectantes, veluti circa
beneficia, bonaque ecclesiastica, parochias, por-
ro circa ipsa templa, iisque annexa coemeteria (d)
uti & sepultura ejusque solennia, quarum specierum
dispositio & cognitio ad consistorium spectat (e).

§. XXXII.

- (a) *Vid. CARPZ. I. c. I. 2. d. 36. n. 3.* & ejusd. prax. crim. qu. 67. n. 14.
- (b) *Vid. CARPZ. I. c. def. 231 n. 10. 17.*
- (c) *Vid. c. 5. & c. 9. in pr. X. ne cler. vel monach.*
- (d) *Vid. STRYCK. ad Brunnen. jus eccles. I. 2. c. 2. §. 12.*
- (e) *Vid. ord. eccl. el. Sux. t. von Heyden. Cons. p. 368.* & CARPZ.
c. I. 2. d. 387. id. I. II. d. 19. n. 6.

Egi de causis, quæ ad forum ecclesiasticum spe-
Piæ cause ad-
stant, jam vero ratio habenda erit personarum, in forum ecclesi-
asticum perti-
quas judici ecclesiastico cognitio competit. Vbi ta-
men jus tantum Saxonum sequemur, pastores in
causis civilibus personalibus consistorio immediate
subsunt, quod privilegium non solum applicandum
ad pastores, sed etiam ad eorum uxores, liberos,
quamdiu illi apud patrem degunt, nec emancipiati
sunt, nec proprium contraxerunt domicilium, quo
viduæ etiam pertinent, quamdiu in statu viduitatis
permanent. (a) Num vero id fori privilegium et-
iam competit famulis conductis clericorum, acris
est inter Doctores disceptatio. Evidem Celeberri-
mus Böhm. (b) contendit leges illas, ad quas pro-
vocant, qui famulis ejusmodi forum tribuunt, huc
non quadrare; sed Dn. Baierus (c) existimat hanc
sententiam præceptum flabilitam in Saxonia, & men-
tionem facit decreti Protosynedrii a. 1701. promul-
gati, quod ad præfectum stolensem directum, ex
quo eruere allaborat, hodie coram consistorio famu-
los conductos clericorum conveniendos esse; ita
idem forum tribuitur ludimoderatoribus, organi-
cis, custodibusque (d). Illo fori privilegio fruun-
tur etiam depositi, vel suspensi clerici, cum clerici

E 3

qua-

(a) *Vid CARPZ. Jurisp. eccl. I. 3. d. 6. n. 2.*(b) *Vid. I. c. l. 2. t. 2. §. 43.*(c) *Vid. in Addit. ad CARPZ. I. c. p. 195.*(d) *Vid. CARPZ. I. c. n. 12. §. 3.*

qualitatem non exuerint, quæ per degradationem aufertur (a).

§. XXXIII.

*Quomodo fo-
rum ecclesia-
sticum amitt-
atur.*

In anterioribus paragraphis de modis constitutiendi forum ecclesiasticum, nunc de modis quibus il-
lud cessat, agam. Primus modus fit per degradationem, nam tunc clerici in statum laicalem redigun-
tur, & brachio seculari traduntur (b). Hic mo-
dus in Saxonia etiam attenditur, uti monet Dn.
BAIERUS (c). Sed clericorum remotio saltem sus-
cipienda est a supremo consistorio, non vero eam
consistorii inferioribus perageré licet, nam illud in
eiusmodi casu causam ad consistorium supremum de-
ferre debet (d). Secundus, quando laicos clerici
conveniunt, tunc enim etiam coram judicio seculari
actio instituenda (e), nam clericis id fori privilegi-
um, quatenus reorum vices, non vero quatenus
actorum vices tenent, datum est. Tertio Jurisdictio-
(f) consistorii se non extendit ad causas criminales,
quæ pœnam capitalem, vel corporis afflictivam me-
rentur, id tamen intelligi debet de exacta cognitio-
ne causæ, dictamine pœnæ & executione, quæ o-
mnia judici seculari competunt, quoad processum in-
quisitionis vero, ejus institutionem, & directionem,

fe-

(a) *Vid. c. 10. X. d. jud. c. 2. de pœnis in 6to.*

(b) *Vid. c. 2 de pœnis in 6to.*

(c) *Vid. ad CARPZ. l. 3. d. 117. p. 226.*

(d) *Vid. Dn. BAIER. ad CARPZ. l. 3. def. 109. f. 231.*

(e) *Vid. c. 5. X. de for. compet. a. l. f. C. ibi in rem act.*

(f) *Vid. CARPZ. l. c. l. 3. d. 5.*

secus se res habet. Hæc enim competit judici ecclæstico, usque dum causa fiat criminalis (a). In foris protestantium levia delicta clericorum ad consistorii cognitionem etiam spectant (b). Ratio enim cur in consistorio criminales causas ventilare haud liceat, in eo consistit, quoniam illis saltem inferior jurisdictio competit (c). 4) Restringitur saltem fori privilegium ad eum casum, ubi contra clericum in personam, seu ex obligatione personali, agitur; in realibus actionibus vero fori privilegium allegari nullo modo potest (d), & clericus actione reali de patrimonialibus bonis conventus, in foro rei sitæ seculari conveniendus est (e). Idque etiam obtinet in foris protestantium (f). Clerici vasalli exempti a fori privilegio, si illi sub qualitate vasalli in causa feudali conveniuntur, tunc enim coram judgee feudali stare tenentur, prout pontifex ipse jubet (g).

§. XXXIV.

Forum ecclæsticum penes protestantes constituit consistorium, uti id in paragraphis prioribus

An Superintendenti competat jurisdictio.

(a) *Vid. Dn. BAIER, I. c. in f.*

(b) *Vid. CARPZ. I. c. n. 4. ¶ 5.*

(c) *Vid. CARPZ. I. c. n. 20.*

(d) *Vid. c. i. d. privil. in 6.*

(e) *Vid. d. c. j. I. f. C. ubi in rem act.*

(f) *Vid. CARPZ. I. c. def. 7. ¶ ord. eccl. cl. sax. t. von Immunität und
Freiheit der Kirchen-Diener, §. Was aber Jhn. c.*

(g) *Vid. c. 16. X. defor. competent.*

deductum; ad quæstionem autem, num Superintendenti competat jurisdictione in clericos & ecclesiæ ministros? merito negative respondendum est, nam illic saltem notio & cognitio de causis litigantium non ad decidendum, sed ad amicabiliter componendum competit, & si partes illam amicabilem compositionem respuant, causa ad consistorium devolvitur (a). Nihilominus tamen aliquando illis licet lites minimas inter custodes, connivente aut consentiente consistorio, ad evitandas partium expensas, decidere, ex quibus actibus vero nullum validum argumentum, ad jurisdictionem illis vindicandam, inferri potest (b).

§. XXXV.

Status imperii evangelici ubi forum suum in causis ecclesiasticis habent? an coram consistoriis suis. Cum haec tenus de foro ecclesiastico tam ex jure canonico, quam ex saxonico ratione privatorum aequali, non in congruum hic visum est expendere, ubi ipsi imperii status evangelici forum suum in ecclesiasticis habeant. De catholicis enim notum est, eos juri canonico stare. Mylerus ab Ehrenbach (c) statuit, quod consistorium totum collegium presbyterorum repræsentet, & quod princeps nee absolute, & omnimodo supra presbyterium constitui posse. Inde fluere existimat principi-

ci-

(a) *Vid. ord. eccl. el. sax. t. von Immunitatibus und Freyheit. pr. §. Da aber über ic. CARPZ. l. 3. def. 87. n. 9. seqq. conferri etiam meretur ZIEGL. de Superintend. c. 28. §. 8. p. 149.*

(b) *Vid. Erklärung der Landes- Gebr. d. A. 1612. Rubr. Consistorial-Sachen, n. 7. §. Dieweil denn ein jeder ic.*

(c) *Vid. Camologiam c. 8. §. 8. infin.*

cipes in causis ecclesiasticis æque illud audire teneri, ad instar privati alterius. Sed ex non satis conclu-
dente principio deductæ sunt hæc conclusiones: quasi
jure divino diversa esset ecclesiastica & civilis pot-
estas; (a) Cum tamen principes evangelici inter
partes superioritatis territorialis jus circa sacra refe-
rant. Alii contendunt, principes protestantes in
causis ecclesiasticis & matrimonialibus summa im-
perii tribunalia agnoscere debere. Sed constat e
contrario, cameram non fundatam esse ad judican-
das ecclesiasticas causas, nec eas sibi vindicasse imperatores, utpote qui pontificis & episcoporum au-
ctoritatem hic retinuerunt: quorum jurisdictio contra Augustanæ Confessioni addictos status eo-
rumque subditos cum omnibus suis speciebus sus-
pensa fuit per pacem Westphalicam. (b) Hinc
merito dicendum, principes protestantes in causis ec-
clesiasticis frui sua superioritate territoriali, d. art. 8.
& posse eos se ultro submittere judicio consistorii
sui vel ejusmodi lites ex compromisso dirimere.
Evidem provocari solet ad dispositionem *Inflr. pac.*
Westpb. art. 5. §. 54. ubi dicitur, quod tam cameræ,
quam judicij aulici jurisdictio fundata sit in causis ec-
clesiasticis inter catholicos & augustanæ confessionis
status. Verum illic monetur saltem, in causis eccl-
esiasticis summa imperii tribunalia fundata esse, quo-

F ties

(a) *Vid. Celeberr. BOEHM. I. c. I. i. tit. 28. §. 41.*

(b) *Vid. Art. 5. §. 48. j. art. 8. pr.*

ties contra pacem religiosam & instrumenta pacis Westphalicæ in causis religionem spectantibus, aliqui controversia movetur. (a)

§. XXXVI.

*De renuncia-
tione fori in
genere.*

Illa vero privilegia, de quibus imperator in legge nostra verba fecit, & quæ hodie militibus, dignitatis prærogativa gaudentibus, & clericis competunt, sunt ipsæ fori præscriptiones, sive exceptiones fori declinatoriae, quæ ita restringuntur, ut non possint opponi cum effectu, si miles dignitatis prærogativa gaudens, & clericus in instrumento illis renunciaverint (a) ex his duabus rationibus, quoniam pacta, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita, servanda sunt, concludo, quod cuivis, his, quæ pro se introducta sunt, renunciare licet.

§. XXXVII.

*An clericis fo-
ro ecclesiastico
renunciare li-
cet.*

Sed de ecclesiasticis personis dubitatum est, an foro suo renunciare possint. Certum quidem est, id illis permisum fuisse usque ad Innocentii III. extatatem, quod liquido tam ex lege nostra 29. C. de pad. quam ex § 1. s. C. de episcopis & Cler. appetet. Sed Innocentius pontifex regnandi libidine inductus,

archi-

(a) Vid. Celeb. BOEHM. l. c. p. 990. & p. 260, conf. Auctor med. art.
Instr. pac. art. 5. § 54. n. e.

(b) Vid. l. 29. C. de padis.

archiepiscopo pisano magna cum indignatione exprobrat, (a) quod crediderit, clero licitum in secularibus causis, foro ecclesiastico renunciare, & jus causa sequi, cum concilio Milevitano, & Carthaginensi in criminalibus, sub pena remotionis, in cibilibus vero, sub amissione ejus, quod ex sententia favore lucrari potuisset, id ipsum prohibitum sit. Nec enim privato sine totius ordinis damno, beneficio omnibus salutari non uti licere, novæ rationis nomine addit. In c. 18. X. de for. competent. idem asseritur, adiecta hac limitatione, quod clero licet forum suum in aliam personam ecclesiasticam transferre, si acceperit episcopi diœcesani consensus.

§. XXXVIII.

Prima ratio, qua uritur pontifex, est, renunciationem hanc non esse juris privati, sed publici, Primaratio
juris canonici
expenditur. cum e contrario Justinianus in lege nostra, eam esse juris privati, & permisssam indicet. Constat quidem juri publico proprio tali renuntiari non posse, sed probatum non est, hic adesse tale jus publicum, quin potius nudum privilegium clericis competit, cui renuntiare permisum. Pontifex prohibitio nem hic eruere vult ex concilio Carthaginensi III. ubi sub pena amittendæ rei evictæ prohibitum est clericis, se seculari judicio submittere. Sed hæc

F 2

abs

(a) Vid. c. 12. X. de for. comp.

absque ratione sufficiente cauta sunt; nam olim clerici in causis civilibus se poterant submittere seculari judicio, clericis autem magis commendabatur judicium episcopale, quod in eo celerrime, si ne magno sumtu, & strepitu procederetur, & per modum amicabilis compositionis lites sponserentur. (a)

§. XXXIX.

*Secunda ratio:
Afferitur recte, secundum principia protstantium forum clericos renuntiare posse.*

Altera ratio pontificis est, quod hoc privilegium non sit persona concessum, seu singulis, sed recte, secundum toti collegio: Justinianus vero rectius judicat, toti collegio clericorum id esse concessum, & per consequens etiam singulis. Scilicet, quaæ privilegia intuitu singulorum concessa sunt collegiis, illis singuli recte utuntur, iisque etiam recte renunciant, quia ea renunciatio non vergit in præjudicium universitatis, vti egregie deduxit Stephani *de jurisd.* (b) Instantia rem illustrabo, toti collegio ministrorum principis concessum est privilegium forum, quis vero assereret, singulos, citra præjudicium cæterorum, huic privilegio, prorogata jurisdictione, renunciare non posse? Nulla ergo hic adest prohibitio, nec ratio genuina, nisi quam pontifex ipse finxit; quam tamen merito non omnino admittunt protestantes, & renunciationem hanc plerumque ferunt. Regula itaque firma, quod cuilibet foro renunciare liceat.

§. XL.

(a) *Vid. ERPENIUS Jur. Ecclesi. P. 3. l. 1. c. 3. §. 18. conf. CUIJAC. ad c. 12. X. d. for. compet.*

(b) *Vid. l. 1. c. 22. n. 35.*

§. XL.

Quod multis in casibus non licet privilegio suo renunciare, exempli loco adducam l. 2. ff. d. pac*t*.
 dot. ubi prohibitur renunciari dotis privilegio. Sed limitatione aliqua succurrendum est thesi nostr*a*, uti & ipse Imperator in nostra l. 29. fecit; que renunciare posse juri suo, lege hominatim id haud prohibente, vel, si publica utilitas in eo non vertatur, quod utrumque in nostrum casum quādrat.

§. XLI.

Ut vero dijudicari possit, quibus iuribus ali- quis per pactum renunciare possit, duæ tenendæ sunt regulæ. Prima est, quod juri publico renunciari non possit l. 38. ff. de Pac*t*. Ex quo primo infertur, quod novi operis nunciationi in reipublicæ utilitatem factæ renunciari nequeat. (a) Quod filius famili. jus testandi non habeat, licet pater id permittat. (b) Altera regula renunciationi contra bonos mores suscep*t* etari vetat c. 58. d. R. I. in 6. Ex quo infertur, quod testandi facultati renunciari non liceat, ne libera testandi facultas auferatur. (c) Plura exempla, in quibus pactis renunciare, vel non,

F 3 licet,

(a) Vid. l. 7. §. 14. ff. de pac*t*.

(b) Vid. l. 6. ff. Qui test. fac. poss. j. l. 3. ff. eod.

(c) Vid. l. 15. C. d. Pac*t*.

licet, collegit magno cum labore ANDREAS DAL-
NERUS. (a)

§. XLII.

*Explicantur
judicium ge-
nera; in lege
expressa &
sanctio pæna-
lit.*

Hanc constitutionem Justinianus omnes judices obserbare iussit, non solum majores, sed etiam minores, inter quos refert judices pedaneos, compromissarios, & arbitros electos, quorum diversitatem, non abs re erit, explicare. Judices pedanei (b) dicti ideo, quia in imis subselliis sedebant, praetores vero sedebant in sella curuli, quæ altior erat pedaneorum sellis; delegebantur a judice ad minores causas dijudicandas; partibus licebat unum ex illis judicibus eligere, quemnam sibi vellent. Arbitri sunt personæ a privatis electæ, ut juxta juris ordinem item propositam sua sententia decidant. (c) Differunt ab arbitratoribus, (d) quod hi conciliandis ex aequo & bono negotiis adhibeantur. Arbitri dispensuntur in compromissarios & statutarios. (e) Sunt igitur compromissarii, de quibus imperator in lege nostra verba fecit, species arbitrorum, qui ex libera voluntate partium eliguntur ad item determinandam. Statutarii vero, qui subelectorum arbitrorum nomine veniunt, sunt illi qui legibus eliguntur. His

judi-

(a) In tractatu de variorum iurium renunc.

(b) Vid. PITISCI lexicon rom. antiquit. t. 2. sub verb. *pedaneus*. conf. STRUVI historia juris Justinianei p. 201.

(c) Vid. t. t. ff. d. recept. qui arb. rec.

(d) Vid. I. 76. ff. profoc.

(e) Vid. HILLIG. ad Donell, l. 28. c. 14. lit. a.

judicibus imperator injungit, ut istam constitutio-
nem exacte custodian, sub comminatione poena,
quod alias litem suam faciant. Per litem suam fa-
cere hic intelligitur id, quod, si una pars per judi-
cis imprudentiam causâ cadat, iudex illi
litis estimationem præstare cogi-
tur. (a)

(a) *Vid. l. ult. ff. de extr. cogn.*



(A) (B)
spicem pectorum in hinc, in quin et cunctis
eximie citoq; in, ut communione posse
dicitur. Ita pectorum in dico, ut quis
propter intelligentiam in dico, ut quis deus ipsius
dei pectorum in dico, ut quis deus illi
dei pectorum in dico, ut quis deus illi

(B)

(A)



ULB Halle
005 361 524

3





Pub. 20. num. 45. Ec. 27.

13
1720,2

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
AD
LEGEM XXIX. CODICIS
D E P A C T I S
QUAM
CONSENSU
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSIS
PRO LICENTIA
SUMMOS
IN UTROQUE JURE HONORES
RITE CAPESSENDI
D. XV. AUGUSTI MDCCXX.
H. L. Q. C.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SISTET
WILHELMUS ZACHARIAS
CRAMER

LIPSIAE,
TYPIS IMMANUELIS TITII.

